Split by PDF Splitter

da ab ãno.xviij.vſqꝫ ad.lxx. Et tale iuramẽtũ debet ꝺ ꝗnquẽnio
in ꝗnquẽniũ renouari debent que oẽs auxiliũ ꝑbere rectoribus lo
corũ ad dictã pacẽ tuendã.h.d. Jn tex.ibi ꝺ gratia.declara iſta
verba ⁊ ſequẽtia prout dixi.ſ.titu.primo.i.l.i.i prin. Jbi vniuerſis
primo eã mitti i vniuerſali omnibus q poſſint iuxta eius diſpoſi-
tionẽ cõprehẽdi ⁊ ligari.poſtea in particulari ſubiectis imperio vt
ſubicit. Jbi hac edictali.per hoc pꝫ ꝙ eſt lex generalis vt dixi i.d.
l.i.iuxta finẽ. Jbi duces.declara qui ſunt iſti ⁊ ſequẽtes vt habetur
ſ.qs dic.dux co.vel mar. Jbi primatibus.poteſt capi pro ſapienti-
bus ⁊ maioribus ciuitatũ quorũ conſilio regunt vt.ff.de ꝯdi.⁊ de
mon.l.municipibus.vel pro ſenioribus.qꝛ in ſenibus ineſt ſapien-
tia.hinc eſt ꝙ ab ipſis maiores noſtri appellauerũt ſenatum vt ait
Cicero.vel poteſt capi pro ditioribus ⁊ potẽtioribus.C.ꝺ ꝑdi.cu.
l.penul. Jbi plebeis.nõ dixit popularibus.qꝛ tũc nõ cõprehenderẽ
tur oẽs vt inſti.ꝺ iure naturali in.§.lex eſt. Sed appellatione ple-
bis comprehenduntur inferiores vt.ff.de origi.iuris in.§.deinde.
Et quid ſi plebs.no.lxxxiij.di.vota. Quid autẽ differat populus
a cõi.vide per bar.i.l.i.C.de dignitatibus. Jbi adiuuẽt. Hoc ẽ dice
re ꝙ poſtquã iurauerint vt ſupra debebũt adiuuare rectores loco
rũ ad dictã pacẽ tuẽdã.nõ aũt eſt neceſſe ꝙ iſta inſerãtur i eorũ iu
ramẽto ſm verã lec.poſitã hic i glo.que per hoc ẽ expedita.⁊ quã
ſequũtur Jaco.de bel.⁊ doc. No.pacem ab oĩbus eſſe tuendã
⁊ obſeruandã. Et eſt rõ qꝛ ꝑ eam oẽs res ꝗtũcũqꝫ parue creſcũt.
Sed per diſcordias ⁊ guerras res ꝗtũcũqꝫ maximas dilabũtur
vt ait ſaluſti.in iugurtinum ⁊ facit.C.ꝺ offi.prefe.ꝑto.affri.in.l. Jn
nomine dñi.i prin.propter pacem enim multa ⁊ infinita bona pro-
ueniunt.que numerant ꝑ glo.fi.de pace ꝯſtantie. No.pacẽ in
dictam eſſe iuramento firmandã a.xviij.ãno vſqꝫ ad.lxx.⁊ potuit
eſſe rõ quare in.xviij.quoniã in tali etate iam exceſſit pueritiã vt
ff.de po.in.l.prima i.§.pueritiã. Vel qꝛ imperator iſte federicus pri
mus ita ratus eſt iſtã etatem eſſe legitimã ad talẽ pacẽ firmãdã
put alibi imperator ardrianus ratus ẽ talẽ etatẽ eſſe legitimã in
materia alimẽtorũ vt probat i.l.mella.ff.de ali.⁊ ci.lega. Impera-
tor autẽ federicus ſecũdus ratus ẽ iſtã etatẽ ad firmãdã pacẽ ꝑ iu-
ramentũ eſſe legitimã i ãno.xvi.vt pꝫ per ipſuꝫ in tractatu de pace
ꝯſtãtie. Ratio aũt quare etas vltra ãnos.lxx.eſt excuſabilis.eſt qꝛ
eſt venerãda vt.ff.ꝺ iure imuni.l.ſemꝑ. Jtẽ qꝛ ea etas eſt prona ad
quietẽ ⁊ pacẽ. Et ideo excuſatur etiã a reddendo teſtimonio vt in
l.inuiti.cũ ibi no.ff.de teſti. Et a munere tutelari vt in.l.i.C.qui eta
te.vel poteſt dici ꝙ iſta limitatio tẽporis eſt de iuſticia poſitiua.vñ
nõ põt aſſignari rõ ſufficiẽs quare i ea etate ita ſtatutuꝫ fuerit.niſi
ꝙ ita viſum eſt principi vt no.glo.in.d.§.pueritiã.facit qd̄ dixi.ſ.ꝗ
fuit prima cã bene.amit.in prin.in qõne ꝗnta. No.renouatiões
iuramentorũ debere fieri quolibet ꝗnquẽnio ad pacem ꝯſeruãdã
Et eſt rõ qꝛ multi iuuenes q a prin.ꝗnquẽnij nõ erant habiles ad
iurandũ nũc erũt effecti habiles.⁊ ſimiliter ſenes q tũc includebant
ad iurandũ nũc erũt excluſi ꝓpter etatẽ.lxx.ãnorũ ſuꝑuenientem.
Nõ enim intelligas ꝙ iſtud iuramẽtũ renouatõis ſit neceſſarium
ad eos qui ſemel iurauerũt qm̃ per primũ eorũ iuramentũ ad ꝑpe
tuam pacẽ obligati ſunt vt ꝓbatur in prin.huius legis. Licet qui
dã voluerit itelligere ꝙ ſit neceſſariũ ſepius iurari vt frequẽtius
qs reminiſcat ꝺ pace vt hic no.in gl.ꝗnta. Sꝫ tu teneas primã opi.
quam videt ſequi hic glo.hoc idem tenuit glo.de pace cõſtãtie ſu
per verbo renouabũt.vbi fiebat renouatio ſolum in capite decẽnij
ad qd̄ facit.l.falſo.C.de diuer.reſcrip. Verum quicquid dicatur
de iſtis renouationibus ⁊ hic ⁊ ibi hodie non ſeruatur vt hic ⁊ ibi
notat glo. Quero cũ glo.prima an iſta lex licet francigenas ⁊
alios vltramõtanos q nõ ſunt ſubiecti imperio. Et reſpondet gl.
arguẽdo primo ad partẽ negatiuã.videret ꝙ nõ per iſtũ tex.q ſo-
lum videtur velle ligare illos qui ſunt ſubiecti imperio. Jn cõtra-
riũ tamẽ determinat dicẽs ꝙ ꝗꝫꝗꝫ iſti gallici ⁊ aliqui vltramõtani
nõ recognoſcãt de ꝯſuetudine imperatorẽ pro ſuo ſuperiori ex de
bito fidelitatis.tamẽ in vniuerſali ſunt de imperio romano ⁊ ſub
imperio romano eſſe intelligũtur vt.C.de offi.prefec.pre.affri.l.fi.
poſt prin.vnde ex hac vniuerſali ſubiectõe iſta lex legabit eos. Et
hoc vult tota iſta glo. Ex qua no.ꝙ de iure frãcigene ſunt ſubiecti
imperio.ſed de cõſuetudine nõ. Et hãc glo.ſimpliciter ſequit Ja.
de bel.⁊ ꝓbat per tex.i.ꝓhe.inſti.i prin. Sed cõtrariũ ſenſit gl.iſti.ꝺ
patria po.in.§.i.vbi videtur innuere ꝙ francigene prorſus ſunt ab-
ſoluti a romano imperio. Quare An.de yſer.in ꝑambulis huius
libri in ſua quarta.q.diffuſe hanc qõnẽ examinãdo tãdẽ ꝯcludit
ꝙ rex aut populus que diu ſtetit in libertate ſua iperatore vidente
⁊ in nullo ei obediẽs erit liber.qꝛ etiã eccleſie romanẽ poſſet ꝑſcri-
bi centũ ãnis vt.C.ꝺ ſacro ſan eccl.in.l.fi.⁊ in autẽ.quas actiones
⁊ extra de preſcrip.ad audientiam. Vnde in talibus qui tanto tẽ-
pore ſteterunt ſic exempti ab imperio non videtur eſſe dubiũ ali-
quod ſi non tenentur obſeruare leges imperatorũ quibus nõ obe
diunt nec obedire tenentur.niſi ꝗtum eſſent rõnabiles.tũc nõ qꝛ le
ges imperatorũ ſed qꝛ rationabile ẽ qd̄ dicũt tenẽtur obſeruare ⁊
ita cõcludit ipſe. Sed dominus ray.ñ ſequit hãc opinionẽ imo te
net indiſtincte ꝙ reges nullo modo poſſunt allegare ſe ꝑſcripſiſſe
vt nõ ſint ſub imperio romano.qꝛ ſubiectioni nõ põt preſcribi.ꝑ.l.
ꝯꝑit.C.ꝺ ꝑſcrip.xxx.vel.xl.an. Et ꝑ hoc ibidẽ ſeqt iſtã gl. Hoc idẽ
tꝫ ny.ꝺ nea.ſ.in ꝑambulis huius libri ⁊ adducit auctoritatem Cy.
⁊ Ja.ꝺ are.in.l.i.C.ꝺ ꝑſcrip.lon.tẽpo. Et reſpondet ad.l.fi.⁊ auc.
quas actiones cũ ſi.qꝛ nõ loquũtur in his que ſpectant ad iuriſdi-
ctionem ſeu dominiũ.que in ſignũ dñij ſeu ſubiectionis ꝑſtant qꝛ
etiam in talibus nõ procederet ꝑſcriptio cõtra romanã eccleſiã
vt extra de ꝑſcrip.attendentes ⁊ de re iudi.c.cum ſuꝑ ⁊ pro hoc al
legat Jac.ꝺ bel.qui hoc tenet in auc.quomodo opꝫ eꝑos in prin.
coll.i. Similiter bernardus gloſator ſequit opinionẽ huius glo.
in.c.ꝑ venerabilẽ extra qui filij ſint lrimi ſuꝑ verbo cognoſcat di-
cẽs ꝙ rex francie in tẽporalibus ſuꝑiorẽ minime recognoſcit.ſ.de
facto ꝺ iure ãt ſubeſt romano imꝑio.vij.q.i.in apibus ⁊ ibi glo.
hoc idẽ ſenſit glo.in.c.venerabilẽ extra ꝺ elec.vbi dicit ꝙ oẽs na-
tiões ſub imꝑio ſunt.xi.q.i.ſed ⁊ ſiquis in verſi.volumus ⁊ ibi no
miat frãcigenas ⁊ tex eſt.lxiij.di.ego lodouicus.⁊ ex his dixit gl.
in.c.ſuꝑ ſpecula.extra ꝺ priuilegiis.ꝙ leges imꝑiales debẽt ab oi
bus obſuari ꝺ iure.l.leges.C.ꝺ leg.licet ꝺ facto ab omnibus non
ſeruent. Jnn.tamen expſſe tꝫ i dcõ.c.per venerabilem qui filij ſint
lrimi ꝙ frãcigene ſubſint de iure pape. Sed circa ꝑdicta reperio
Bar.in ſuo tractatu ad reprimendum in gl.viij.ſic dicere ꝙ regu
laritas totius orbis cõquieſcit in principe licet maior pars mundi
hodie nõ obediat principi quoniam iſtud eſt de facto licet de iure
ſecus ſit. Nam licet alicuius particulare dominiũ nõ ſit ſuum.tñ
verum eſt ꝙ cenſetur in vniuerſali dñs toti⁹ orbis ſicut dicit quis
dominus gregis licet vnum pecus nõ ſit ſuũ vt.ff.de rei vendi.l.
ii.⁊.iij. Et ꝑ hoc patet ꝙ imꝑator recte dicitur dominus mundi.
ſ.vniuerſalis.licet ſingulari ſint domini ſuorũ ꝑdiorũ.l.deꝑcatio
ff.ad.l.rodi.de iac.⁊.l.bene a zenone.C.de quadri.ꝑſcri.vñ a poſ
ſeſſore ipe poſſet vendicare mundũ ꝑ dicta iura. Nec eſt opus ꝙ
omnia ſint ſua quo ad protectionẽ vt no.in cõſti.ffo͛rum in princ.
imo vere ſunt omnia ipſius vniuerſaliter cõſiderãdo. Jntelligen
da tamen ſunt predicta ſecundum determinationem ſancte mr̃is
eccleſie vꝫ ꝙ poſt aduẽtũ xp̃i dictũ imꝑiũ qd̄ añ dependebat a ſo
lo deo.nũc poſt dictũ aduentum ẽ apd̄ xp̃m ⁊ eius vicarum.ſ.pa
pã ⁊ ꝑ papã trãſfert in pñcipẽ ſecularẽ vt in.d.c.venerabilẽ ex
tra ꝺ elec.vnde ſi hodie dicimus oĩa ſunt Jmꝑij Romani quod
nũc eſt xp̃i benedicimus. Si vero referamus ad ꝑſonã imꝑatoris
ſecularis nõ ꝓprie dicimus ꝙ oĩa ſint ſua.vel ſint i ſua iuriſdictõe
cõſtituta qꝛ nõ terre eccleſie. Jlla enim ſibi papa reſeruat in quem
principaliter eſt omne imꝑiũ. Nõ eĩm habet imꝑator terras eccl'ie
regulare.ſed defendere eas conſeruando iuriſdictionem eccleſie
vt in.c.i.de iureiuran.in cle.neqꝫ in terris eccleſie hꝫ aliquã iuriſdi-
ctionem vt in.c.paſtoralis de re iudi.in cle.et ex ꝑdictis potes mõ
colligere veritatem an francigene vel ceteri reges nõ obediẽtes ꝺ
facto ſubſint imꝑatori ꝺ iure. Vtrũ aũt imꝑator poſſit impone
re legẽ omnibus ꝯcludo cũ Bal.in.l.i.C.ꝺ ſumma trini.quoniam
ſi attendimus ꝑtãtem quã hꝫ imꝑator de iure poteſt iponere legẽ
toti orbi. Sed ſi attẽdimus volũtatẽ ⁊ diſpoſitõnem ipſius imꝑa-
toris tunc dicẽdum ꝙ imꝑator nõ vult imponere legẽ populis ⁊
regibus qui non obediunt ſibi nec eſt ſpes ꝙ obediant ne lex ſua
ſit ludibrio ⁊ in vanũ poſita iuxta.l.iiij.cum.l.ſeq.ff.de leg.⁊ ita in-
telligit ꝑdicta de quo ibi plene ꝑ ipm̃ ⁊ ꝑ glo.⁊ doc.in prohemio
ffo͛rum in gl.i.⁊ in dicta.l.bene a zenone ⁊.C.in quibus ca.col.cẽſi.
l.ij.li.xi.⁊ ꝑ canoni.in locis ſupra allegatis. Op.cũ glo.magna
in prin.ꝙ imo quis obliget ſtare iuramẽto ẽt ſi ſit infra etatẽ.xviij.
ãnorum vt probatur infra eo.in.§.item ſacramẽta vbi patet ꝙ ſuf
ficit ꝙ ſit pubes. So.dicit gl.ꝙ iſti cãus ſunt diuerſi quoniam hic
loquimur de iuramẽto generali qd̄ ꝑſtatur iudici de ſeruanda pa
ce. Jbi loquitur de iuramẽto qd̄ ſpãliter quis facit aduerſario ſuo
per ſuo cõtractu. Et ꝑ hoc eſt expedita gl.vſqꝫ ad verſi.ſed qd ⁊
bene loquitur ⁊ latius declarabo in ſeq.q. Quero cum dicta gl.
iuxta proxime dicta quid ſi pubes factus minor tamen.xviij.ãnis